Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De sacramento matrimonii - Cod. Ettenheim-Münster 361

[S.l.], [17. Jahrh.]

Proloquium

urn:nbn:de:bsz:31-132875

Visual Library

Tractatus Theologicus
De
Sacramento Matrimonij

Prologuium

Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in
Christo et Ecclesia sententiam ait Apost. Eph. 5.
quo Sanctam Matrimonij Legem in dua con
iugum societate et vicaria sponsatorum di
lectione expressit illo genesis aiens: propter hoc
relinquet homo Patrem et matrem suam, et ad
haerebit uxori suae et erunt duo in carne una.
vere magnum in Christo et Ecclesia Sacramentum Matrimonium
est quo expressum est illud mysterium, quo unigenitus Dei
filius aeternus aeterni Patris Verbum carne de
virgine per divini spiritus obumbrationem assumpta
se toti unice dilectae sponsae suae S. copulavit
Ecclesiae, hodieque per gratiam et suam gloriam animas
fidelium intime complectens eidem sponsae suae tum
in hac vita militanti, tum in altera trium
phanti se arctime coniungit. hoc Sanctum
et eodem Apostolo teste Hebr. 13. in omnibus hono
rabile Sacramentum hoc ultimo tractatu tandem
venit explicandum, et unde laborum nostrorum
requies, unde pietatis et spei nata coelorum
nobis praestita soboles, et ubi maritalia

pandunt fœdera, ibi religiosa puritas et
conjugalis castitatis illæsa sincta: nullum hic
casto pudori metuendum opinor scandalum, ~~ad~~
omnia munda ~~mun~~ mundis ait apls ad
Titum 1. quod si vero vipera inde venenum
sugerit, unde apes mel colligunt, vitium
erit ~~sic~~ viperæ sugentis, non labes divinæ
præsentis fructus ut sufficiet explicare, et de mea
penuria professans, pro tam de Dei gratia
confidens totam materiam in duas generales dispu-
tationes divido, earumque primam quasi prolegome-
non de sponsalibus, alteram vero ipsi Matrimonij sancto
inscribo, methodo ut alias usitata.

Disputatio 1.

De Sponsalibus.

Matrimonium sponsalia præcedunt ut intentione
pro executione, qui enim sapienter promittit
prius videt ut illæsa quæ promittat, tum prior
est promissio quam promissi obtentio, hinc est quod
DD. in tractatione materiæ de sponsalibus multum
variant, proponunt alij, alij ea postponunt
magno maritali fœdere, nos quorum non est
sponsalia omittere pro explicare tum præmissa
tum tradita Matrimonij fœdera satis ducimus
primo de sponsalibus, tum de Matrimonio agere,
atque ~~fit~~ sic a præambulis adipsum veritatis sanctum
accedere valeamus, verum autem quæstionibus generalibus
titulo de sponsalibus inscripta totum
explicabimus. Sit